



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Avrea Gemma Christianorvm

Ruben, Leonhard

Paderbornae, 1604

VI. Prima apparitio Christi facta Mariæ Magdalene.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

Prima apparitio Christi facta Marie Magdalene.

PROPHETIAE. Thren. i. 16. Idcirco ego plorā
 & oculus meus deducens aquas : quia longe factus
 est à me consolator, conuertens animam meam : facti
 sunt filij mei perditij, quoniam inualui inimicus.
 Cant. 3. 2. 3. 4. Surgam, & circumbo ciuitatem : per
 vicus & plateas quæram quem diligit anima mea :
 quæsiui illum & non inueni. Inuenerunt me vigiles,
 qui custodiunt ciuitatem : Num quem diligit ani
 ma mea vidistis ? Paululum cum pertransissem eos,
 inueni quem diligit anima mea : tenui eum, nec di
 mittam donec introducā illum in domum matris
 meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Prou. 8. 17.
 Ego diligentes me diligo : & qui manē vigilānt ad
 me, inueniēnt me.

VERITAS Marc. 16. 9. 10. 11. Surgens autem
 tem manē prima Sabbati, apparuit primō Mariæ
 Magdalene, de qua eiecerat septem demonia. Illa
 vadens nunciauit his, qui cum eo fuerant, lugenti
 bus & stentibus. Et illi audientes, quia uiuere, &
 visus esset ab ea, non crediderunt. Ioan. 20. 11. 12.
 13. 14. 15. 16. 17. 18. Maria autem stabat ad mo
 numētum foris, plorans. Dum ergo fletet inclina
 uit se, & prospexit in monumentum, & vidit duos
 Angelos in albis sedentes, unum ad caput, & unum
 ad pedes, ubi positum fuerat corpus Iesu. Dixerunt
 ei illi : Mulier, quid ploras ? dicit eis : quia tran
 siverunt Dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum.
 Ha

Hac cum dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem, & non sciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus: Mulier, quid ploras? quem quaris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine si in sustulisti eum, dicit mihi ubi posuisti eum: & ego eum tollam. Dicit ei Iesus: Maria: conuersa illa, dicit ei: Rabboni (quod dicitur Magister) dicit ei Iesus: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum; Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum. Venit Maria Magdalene, annuncians discipulis: quia visit Dominum, & hac dixit mihi.

CAPVT VII.

Apparet tribus mulieribus.

FIGURA. I. Reg. 18. 6. 7. Mulieres Ierusalem & Iudæ occurrunt cum citharis & choris redeunti Dauidi, post occisum à se Goliad.

VERITAS. Matth. 28. 9. 10. Et ecce Iesus occurrit illis, dicens: Auete. Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus: Nolite timere, ite, nunciate fratribus meis, ut eant in Galilaam, ibi me videbunt. 1. Cor.

15. 4. 5. Et quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas:

& quia visus est Cepha, & post hoc undecim.

* *
*

li 3

CAPVT